Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Iuuet illa feras si iubet me tange cabellas
Unde volet veniat quoque libebit eat
Hoc in legittima prestant uxore mariti
Cum tener ad partes tu quoque somne venis
Hac ego confiteor non sum perfectus in arte
Quid faciam monitis sum minor ipse meis
Mene palam nostre det quisquam signa puelle
Et patiar nec me quolibet ira feret
Oscula vir dedit memini suus oscula questus
Sum data barbarico noster habundat amor
Non semel hoc vicium nocuit mihi doctior ille
Quo veniunt alii consiliante viro
Sed melius nescisse fuit sine furta tegantur
Nec fugat victo lesus ab ore pudor
Quo magis o iuvenes deprendere parcite vestras
Peccante peccantes verba dedisse putent
Crescit amor presis ubi par fortuna duorum